

De Servii, carminum Vergilianorum
interpretis, commentario pleniore qui
dicitur. Partic. II.

Scripsit

Joannes Kirchner.



Beilage zum Jahresbericht des Königlichen Gymnasiums zu Brieg.
Ostern 1911.

1911. Progr. No. 2081
264

Brieg.
Buchdruckerei von C. L. Albrecht.
1911.

96r
41 (1911)





Quoniam de citandi ratione Serviana quaestionem instituimus, non abs re, de qua agimus, fore rati locorum, quibus Servius Vergilii mentionem facit, numeros subiecimus, unde quantopere Servius in Vergilii carminibus versatus sit quantumque, ut Macrobius verbis utar, cum poeta inierit familiaritatem, cognoscatur. Nam saepius Servius vel diserte varias lectiones adfert vel poetae verba interpretationibus praefixa habet vel denique exempli causa laudat. Atque primum quidem eos locos, quibus numeri librorum Vergilianorum a Servio ipso adiecti sunt, contulimus. Laudat autem Servius Vergilium "in primo" scilicet Aeneidis hisce locis: A. III, 475. 718. IV, 44. 339. 613. V, 626. VI, 3. 196. VIII, 625. X, 8 bis. 28 bis. 565. XI, 479. 567. 593. 648. Georg. II, 412. — Vergilius "in secundo": A. I, 30. 113. 145. 226. 387. 601. III, 176. 281. 550. 717 "in secundi principio". 718. V, 595. VII, 194. VIII, 611. IX, 527. X, 422. 563. 856. 885. XII, 50. 524. — Vergilius "in tertio": A. I, 201. II, 99. III, 718. V, 50. VI, 512. XI, 264. XII, 104. — Vergilius "in quarto": A. I, 3. 37. 361. 420. 661. 695. III, 332. VI, 244. IX, 121. 576. 651. X, 467. 706. XI, 183. 322. 403. 829. XII, 8. 15. 413. 638. Buc. VIII, 18 "in quarto Aeneidos". — Vergilius "in quinto": A. I, 7 "in quinto libro" bis. 145 "in quinto libro". II, 166. III, 127. 665. IV, 384. X, 218. 592. XI, 42 bis. 599. XII, 552. G. III, 173. IV, 230. — Vergilius "in sexto": A. I, 115 "in sexto libro". 356. 393. 441. II, 704. 714. 793. III, 16. 68. 140. 209. 302. 370. IV, 57. 236. 281. 576. 654. 685. V, 79. 136. 871. VII, 712 bis. IX, 612. XI, 59. 197. G. II, 389. 499. III, 492. IV, 77. 219. 221. — Vergilius "in septimo": A. I, 7 bis. 35. 37. 185. 330 in VII. 653. 695 "ut in septimo". II, 504. 683. III, 184. IV, 524. V, 773. VI, 650. X, 166. 828. XI, 235 bis. 302. 432. 474. 719. XII, 57. 90. 92. 164. G. III, 5. 360. 374. — Vergilius "in octavo": A. I, 369. III, 178. 491. 500. IV, 149. VII, 418. 603. XI, 596. — Vergilius "in nono": A. I, 226. II, 645. 804. III, 342. IV, 397. 577. V, 68. 730. VIII, 653. XI, 42. Buc. III, 7. — Vergilius "in decimo": A. I, 261. IV, 697. V, 13. 868. VI, 659. VIII, 150. 607 bis. G. I, 24. — Vergilius "in undecimo": A. VIII, 269. IX, 215. — Vergilius "in duodecimo": A. I, 67. III, 104. 209. IV, 73. 584. IX, 24. 527. XI, 16. 51. 434. G. IV, 321. — Vergilius "in Bucolicis": A. I, 79. 330. III, 493. IV, 409 "in Bucolico". 584. 647. V, 54. 124. VI, 89. X, 74. 85 bis. 230. XI, 160. 687. G. II, 150. IV, 47. 252. — "in primo" (scil. Bucolicon): Buc. VIII, 22 "in prima ecloga". A. X, 189 "in bucolicis". — Vergilius "in Georgicis": A. II, 678. III, 517. IV, 295. 578. V, 595. VI, 7. VII, 701. 746. VIII, 71. IX, 30 bis. 604. X, 98. 266. XI, 660. 718. XII, 611. 652 bis. Buc. proem. "in Georgicis; in fine Georgicorum". I, 8. 15. II, 20 bis. 70 bis. III, 5. 9. 12. 30. 77. IV, 13. V, 79. VI, 38. 41. 74. IX, 61. 65. X, 76 bis. — "in primo" (sc. Georgicon): G. II, 109. 252. 475. III, 1. IV, 117 (hoc loco Servius errat; nam duo versus, quos adfert, in altero libro leguntur). — "in tertio": G. I, 270. II, 475. — "in quarto": A. IV, 705 "in quarto Georgicorum". G. II, 134. III, 290. 306. — Hi sunt loci, quibus Servius poetam adpositis librorum numeris citat; plurimi autem loci ex Aeneidis libris I. II. IV. VI. VII. et ex Georgicis adlati sunt. Atque monendum videtur esse Servium cum poetam laudaret, semper fere his vocibus usum esse: "in primo" "in secundo" etc. omissa "libro" voce, si pauca exceperis exempla. Numerus versus ipsius numquam est additus, primum quia Vergilii poetae carmina scholarum usu tritissima fuisse et in omnium ore versata esse constat, deinde quod in tanta exemplorum copia fortasse molestum esse videbatur singulos numeros adferre. Illud vero attendendum est Servium cum ipsam Aeneidem interpretatus Vergilium laudaret, numquam "Aeneidis" vel "Aeneidos" vocem librorum numeris addidisse, cum Bucolicon et Georgicon libros interpretatus illo additamento ad Aeneidis Bucolicon Georgicon librorum numeros discernendos carere non posset.

Neque vero Vergilium semper nomine appellavit, sed interdum etiam illis vocibus usus est: "ut est in primo"; "nam legitur" vel "lectum est in tertio" etc.; "ut ipse in Bucolicis", "ut ipse in sexto". Praeterea Vergilii obiter tantum atque in universum meminit: B. III, 1 "ut est in Aeneide"; cf. III, 26. VIII, 15. 22. G. II, 98. 455. 486. III, 219. B. III, 1 "ut est in tribus libris Georgicorum". Reliquorum operum Vergilianorum nullam fecit Servius mentionem, nisi quod A. III, 571 "secundum Aetnam Vergilii" de Vesuvio Gauro Aetna montibus sulphur desudantibus disserit. Quae expositio etiam eam ob rem digna est, quae notetur, quod Servius satis bono sermone exponens chiasmi quem dicimus figura in fine utitur: "nam effectum indicat, supprimit causas". Praeter hos locos exstant nonnulli loci, qui, licet Vergilii libri laudentur, tamen ad Servii commentarios pertinent; sunt autem hi: B. II, 31 ut diximus in Aeneide. 51 ut in Aeneide diximus. VI, 61 quod plenius in Aeneidos tertio libro memoravimus. VII, 26. IX, 38 sicut etiam in Aeneide diximus. 63 quod in Aeneide etiam saepius indicatur. G. I, 404 de quo plenius in Bucolicis diximus. 488 ut docuimus in Aeneide. II, 170 haec autem plenius in sexto memoravimus. 201 ut in Aeneide diximus. 481 ut etiam in Aeneide diximus. III, 296 ut in primo (sc. Georgicon) diximus cf. 304. 338 cuius fabulam in primo memoravimus. IV, 101 sicut in Bucolicis diximus. 125 ut etiam in tertio Aeneidis diximus. 286 contra in Aeneide. Ex his quos contulimus locis, quo ordine Servius tria Vergilii carmina interpretatus sit, disceptari facile potest; saepius enim Servius in Bucolicon et Georgicon libris explanandis ad ea, quae in Aeneide exposuit, lectorem delegans breviter tantum strictimque eandem rem tractat; item in Georgicon libris — cf. G. I, 404. IV, 101 — ad Bucolicon libros respicit; contra nullo Aeneidis loco aut ad Bucolicon aut ad Georgicon libros revocamus; neque in Bucolicis est unus locus, qui commentariorum ad Georgicon libros explanandos scriptorum mentionem faciat. Quibus insuper hanc Servii adnotationem (cf. G. I, 43) addo: „Illi quoque sciendum est in his libris non esse obscuritatem in quaestionibus sicut in Aeneide, nisi in paucis admodum locis“, quam Servius nullo modo scribere potuit nisi Aeneidis libros iam antea commentatus. Eo autem loco, qui contra nos facere videatur: A. I, 431 "in quarto Georgicorum melius intellegitur", non ad Servii commentarios, sed ad Vergilii versus respicitur, ubi poeta de apibus cecinit. Quare luce clarius hoc nobis videtur effectum esse Servium primo Aeneidis, deinde Bucolicon, denique Georgicon libros commentariis instruxisse, id quod ei, qui exiles atque paucas Bucolicon et Georgicon adnotationes cum densa confertaque silva observationum ad Aeneidem factarum contulerit, facile persuadebimus. Idem iam Burmannus sensit, qui in adnotatione ad Serv. G. I, 208 facta Servium Aeneidis libros prius quam Georgicon libros enarravisse dicit. — Accedamus ad interpolatoris rationem. Etiam hic saepius Vergilii testimonio utitur additis librorum numeris. Exempla autem ex his libris adlata exhibet:

[Vergilius "in primo": A. II, 296 "in primo libro". 699 "in primo libro". III, 717. IV, 88. 99 "in primo libro". 200 "in primo Aeneidis". X, 8 bis. XII, 576. — Vergilius "in secundo": A. I, 182. 407 "in s. libro". III, 330, IX, 109. X, 617. Buc. VIII, 82 "in secundo Aeneidis". — Vergilius "in tertio": A. II, 202. 456 "in tertio libro". IV, 340. V, 7. XII, 118. — Vergilius "in quarto": A. I, 305. 689. II, 202 "in q. libro". V, 7 bis. 17. VIII, 189. XII, 115. 413. Buc. VIII, 82 "in quarto Aeneidis". — Vergilius "in quinto": A. III, 302. 348 "in libro quinto". X, 8. Buc. VIII, 82 "in quinto Aeneidis". G. I, 18. — Vergilius "in sexto": A. II, 256. 310. III, 68. V, 176. XI, 23. — Vergilius "in septimo": A. I, 689. IV, 59. VIII, 552. 560. XII, 836. Buc. VI, 27 "in septimo Aeneidis". — Vergilius "in octavo": A. II, 649. X, 177. — Vergilius in "nono": A. I, 211. XII, 538. — Vergilius "in decimo": A. XII, 816. — Vergilius "in undecimo": A. I, 83. 97 "quod plenius in XI. libro habes". 651. X, 518. XII, 281. 641. Buc. X, 68. G. I, 12. — Vergilius "in duodecimo": A. III, 246. — Vergilius "in Bucolicis": A. IV, 137. 508. XI, 69. G. I, 20. 81 (cf. Thil. adn. crit.). Buc. VIII, 45 "in septimo". Buc. IV, 49 "in VIII". — Vergilius "in Georgicis": A. I, 701. II, 208. IV, 158. VIII, 5. XII, 589. A. I, 744 "cetera in libro I. georgicorum plenius narrata sunt". IV, 103 "in primo georgicorum". VIII, 677 "in tertio georgicorum". IX, 213 "plenius in quarto georgicorum invenies".] Habes locos septuaginta quinque, quos interpolator Servio intrusit. Quem numerum si cum locis Servii genuinis comparaveris, licet plus duplo minor sit, satis magnum esse cognosces. Mirum autem videtur, quod interpolator cum in ipsis Aeneidis commentariis Vergilium laudaret, uno loco "Aeneidis" vocem librorum numero adposuit

(cf. ad Aen. IV, 200 "in primo Aeneidis"), id quod a Servii ratione plane abhorrere supra monuimus. — Etiam interpolator ad adnotaciones ante scriptas saepius recurrit, qua in re quam inepte ac stolide egerit, ex eo colligas, quod in Bucolicon et Georgicon commentariis earum, quas in Aeneidis commentariis fecit, adnotationum recordatur, ex altera autem parte in Aeneidis commentariis eas expositiones, quae in Bucolicon et Georgicon libris exstant, praeripit. Atque res hoc quidem modo videtur se habere: interpolator interpretamentis, quae in Aeneidis, Bucolicon, Georgicon libris exstant, perlectis cum nonnullis locis easdem res vel personas, de quibus Servius in posterioribus exposuit, adnotationibus carere animadvertisset, illas adnotationes ad priores locos paulo contractos transtulit, cum vocibus illis tritissimis "pleniū dictum est", "pleniū invenies" usus lectorem ad posteriores locos delegaret (cf. [A. I, 97 "quod pleniū in XI. libro habes"; A. I, 744 "cetera in libro I. georgicorum invenies"; A. IX, 213 "de inferis autem in quarto georgicorum invenies"]). Interdum factum est, ut rerum ante memoratarum memoriam in posterioribus libris interpolator repeteret. Utramque autem rationem a Servio abhorrere supra docuimus. Multa in promptu sunt exempla, quorum ex numero nonnulla adferam. Ad versum Vergilianum III, 420, in quo "Scyllae" mentio fit, Servius notissimas illas de Scylla atque Charybdi narratas fabulas profert. Buc. VI, 74 vero Servius de "duabus" Scyllis fabulam narrat. Quam cum interpolator legisset, illi loco haec inseruit: ["sane alia Scylla fuit, de qua in Bucolicis pleniū dictum est"]. Iterum ad eundem locum ab interpolatore revocamus A. VI, 286 ["harum (sc. Scyllarum) sane fabulae in bucolicis pleniū narratae sunt"]. — Ad A. IV, 462 interpolator haec addidit: ["quod pleniū in primo initio georgicorum dictum est"], cum antea fabulam de Ascalapho et Proserpina, quam Servius ad G. I, 39 tradidit, in brevius contractam narrasset. Praeter eos quos attuli locos legas, quaeso, hosce titulos: A. V, 105 ["sane de Phaetonte fabulam in decimo pleniū invenies"]; cf. A. X, 189. A. XII, 492 [quod in quarto pleniū dictum est]; agitur autem de flaminum veste et apice non hoc loco, sed in octavo libro Aeneidis cf. A. VIII, 664. Unde interpolatorem errasse facile efficitur. Ad G. I, 8 interpolator haec addidit: [Chaoniam . . . Epiroticam. quae cur Chaonia dicta sit, in tertio Aeneidis pleniū habes]; cf. ad A. III, 334, ubi interpolator ipse, cur Eipo cognomen Chaonia fuerit, exponit.

Restat, ut eos locos enumeremus, quibus Vergilius auctoritas et a Servio et ab interpolatore librorum numeris non adpositis laudatur et poeta ab utroque aut "Vergilius" aut "ipse" vocibus in testimonium vocatur. Semel tantum, quod equidem meminerim, et Servius (cf. A. I, 26) et interpolator (cf. A. IV, 696 ["cum dicat Vergilius . . . haec sciens Maro inducit"] . . .) Vergilium "Maro" nomine appellant. Ac primum quidem Servii genuini locos singulis Vergilius libris, ex quibus eos haustos esse numeri a Thilone adpositi indicant, distributos posui, quibus locos ab interpolatore commemoratos subieci.

Aen. lib. I: 2. 4 bis. 8. 15. 16 ipse. 23. 32. 41. 51. 52. 65. 90. 118. 148. 180. 209.
 223 ter. 243. 306. 382. 384. 387. 393. 441. 443. 468. 535. 576. 599. 637. 699. — [21. 44.
 182. 242. 305. 324 ipse. 378 bis. 446.] — A. lib. II: 7. 15. 55. 79. 135. 157. 166. 326. 497.
 506. 556. 632. 681. 704. 715. — [57. 79. 201 ipse. 244. 296 bis. 512.] — A. lib. III: 1. 3.
 6. 12. 18. 209 ipse. 274. 339. 359. 390. 445. 480. 539. 576. 694. 703. 711. — [20. 119. 217.
 220. 246 ipse. 537. 551. 590. 593]. — A. lib. IV: 2. 6. 159. 413. 462. — [103. 137. 168.
 262. 390. 484. 615. 646. 696 bis]. — A. lib. V: 45. 122. 128. 213. 370. 535. 556. 610. 626.
 755 ipse Vergilius. 840. — A. lib. VI: in. 14. 36. 72. 104 ter. 119. 152. 154. 617. 659. 660.
 845. 861. — [9]. — A. lib. VII: 47. 259. 464. 531. 601. 678. 705. 712. 715. 740. — [464.
 740]. — A. lib. VIII: 40. 106. 110. 233. 275. 322. 343. 412. 479. 642. 678. — [195. 363
 bis. 552 bis. 625. 699]. — A. lib. IX: 1. 30 bis. 501. 544. 567. 702 bis. 704. — [254. 641
 bis. 811]. — A. lib. X: 91. 166. 175. 228. 331. 612. 628. — [164. 202]. — A. lib. XI: 15.
 183. 186. 235 bis. 351. 423. 522. 592. 785. — [196. 866]. — A. lib. XII: 115. 120 bis. 143.
 230. 365. 766 bis. — [139]. — Bucol. lib. I, in. quater. 1. 27 bis. 28 bis. II, 1 sexies. III, 1.
 20. 74. 90. IV, 1 bis. 4. V, 20. 66. 89. VI, 6. 11. 13. 26. 41 ipse. 74. VII, 21. 58. VIII, 1.
 IX, 1. 10 bis. 17 bis. 18. 67. X, 31. — [VI, 5. 53. VIII, 68. IX, 1 quater. 7. 10. 11. 16. —
 Georg. lib. I: in. 39. 43. 72. 113. 229 bis. 243. 270. 286. 344. 369. 397. 403. II, 1. 95. 134.
 499. III, 1. 27. IV, 247. — [I, 120. 269. II, 497. III, 176]. — Praeterea eos locos collegi,
 quibus Vergilius "poeta" appellatur: A. I, 52. 145. 223. 246. 286. 297. 343. 587. 421. 474.
 570. 710. II, 201. IV, 234. 412. 415. V, 45. 114. 166. 370. 615. VI, 72. 573. VII, 47. 712.

VIII, 642. 678. IX, 256. 389. 399. 465. 725. 742. XII, 13. 847. Buc. I, in., 38. III, 1 saepius. IX, 18. Georg. IV, 438. — [A. I, 373. 632. 641. 647. II, 636. III, 84. 119. 133. 134. 349. "divinus poeta". 463 "poeta divinus". 551. 701. IV, 92. 138. 182. 262. 458. 699. 703. V, 737. VIII, 12. 54. 85. 276. 397. 552. 565. 583. 642. 713. IX, 37. 52. 255. 397. 424. 436. 471. 478. 603. X, 76. 202. XI, 532. XII, 779. Buc. VI, 1. Georg. I, 14. 20]. Grammaticos autem iam Servii aetate, cum Vergilium significaturi essent, "poeta" vocem solam adhibuisse Servius ad Aen. II, 556 his verbis docet: "Pergama proprie Troianae arces sunt: unde *νατεξογην* arces omnes "pergama" dicuntur, ut "poetam" dicimus, et intellegimus Vergilium". — Denique ex magno eorum locorum numero, quibus de Vergilii usu atque proprietate in universum iudicatur, hosce contuli: A. I, 23. 51. 65. 90. 209. 223. 246. 343. 384. 392. 443. 468. 576. 699. II, 7. 55. 326. 681. III, 108. 339. 480. 678. IV, 413. VI, 154. — [A. I, 44. II, 57. III, 286. 551. IV, 137. 138].

Hi fere sunt loci, quibus poeta "Vergilius" aut "ipse" aut "poeta" appellatur. Non nego fieri facile potuisse, ut unum alterumve locum, cum commentarios legerem, non viderem.

Sescenti sunt loci, quibus Servius nec non interpolator Vergilii auctoritate nituntur, cum ipsum non nominent. Quos quominus omnes conferrem, temporum angustiis impeditus sum. — Quodsi Servii lectionem Vergilianam uno oculorum obtutu complectimur, eum carminum Vergilianorum non ignarum neque imperitum fuisse videmus eumque non frustra operam dedisse, ut quid Vergilii proprium atque praecipuum esset, patefaceret compararetque cum reliquorum scriptorum testimoniis. Sed etiam ex his quaestionibus illud effectum est Servii et interpolatoris laudandorum scriptorum rationes multum inter se discrepare.

Restat, ut paucos locos adferam, qui nonnullorum scriptorum, imprimis poetarum, enuntiata exhibent, cum ipsi non laudentur. Hae sententiae variis libris debentur. Et causa, cur Servius scriptorum nomina omiserit, si ipsas sententias perlustraverimus, manifestissima erit: nam aut facete vel iocose dicta sunt, quae apud Romanos proverbiorum locum obtinebant, aut exempla grammatica, quae cum constanti scholarum usu ad idem praeceptum auctoritate firmandum adhiberentur, vulgo recepta tritaque erant; denique sunt versus poetarum popularium notissimi, qui iam in puerorum ore versabantur. Quod quemadmodum probem, non labore: exempla ipsa doceant.

A. I, 8. 601. (cf. XI, 532. Buc. IV, 10) Servius ex Terentii Andria (III, 1, 15) haec adfert: ut "Juno Lucina, fer opem: serva me, obsecro". Quae verba duabus de causis notissima erant: constanti enim grammaticorum usu adferebantur, quorum auctoritate "ops" vocem numeri singularis eandem vim atque "auxilium" vocem habere comprobaretur; deinde verbis illis etiam mulieres gravidae velut carmine utebantur, quo lunonem obstetricem, ut ipsis auxiliaretur, implorabant. — A. I, 686 Servius, cum Terentii memor esset, hunc posuit versum: "Sine Cerere et Libero friget Venus". Quae sententia brevi in proverbium venerat, sicut etiam nostris in oribus dicta illa, quae qui collegit Buechmann egregie "Geflügelte Worte" appellavit, versantur. Alterum talium dictorum exemplum est A. I, 412. Servius de tmesi disserens haec dicit: "figura est tmesis, quae fit cum secto uno sermone aliquid interponimus, ut alibi "septem subiecta trioni" (cf. Georg. III, 83). sed hoc tolerabile est in sermone composito, ceterum in simplici nimis est asperum, quod tamen faciebat antiquitas, ut "saxo cere comminuit brum" (cf. Ennii annal. rel. 586 ed. Vahl.). Illud Ennii quasi inauditum quoddam atque horribile dictu posterioribus tradebatur, quemadmodum nostrum illud: "Hans Sachs war ein Schuh — Macher und Poet dazu" iam puerorum sermonibus fertur. — A. I, 440 Servius ut dativum loco ablativi addita "a" praepositione usurpari comprobet, Horatii verba, cum ipsum non commemoret, ponit haec: "Scriberis Vario" (cf. Hor. carm. I, 6,1). Praeterquam quod locus grammaticus est, illa verba, quippe quae in initio odes sextae primi libri posita essent, notissima erant. Horatium autem in eorum poetarum numero fuisse, qui imperatorum aetate in scholis legerentur atque commentariis instruerentur, non est quod moneam. Denique, ut disputationis finem faciamus, Servius A. III, 141 haec habet: "Sirius stella est in ore canis posita, quae annis omnibus oritur circa VIII. Kl. Julias, quae orta plerumque pestilentiam toto anno facit, plerumque paucis diebus, interdum innoxia nascitur. hinc est "et in totum regnaret Sirius annum", (cf. Stat. Theb. I, 635). Quod enuntiatum ex fastis quibusdam, qui scriptorum dicta ad anni computationem pertinentia comprehendebant, haustum videtur esse; eiusmodi enim sententiae de tempestate prolatae aut per sermonem aut per litteras ab aliis tradi aliis

plerumque solent. Etiam agricultorae Germani observationes de nubibus stellisque factas atque versus inclusas ut futurae tempestatis praedictiones adhibent. Quare Servium in talibus exemplis, quae in proverbiorum consuetudinem venerant, adferendis scriptorum nomina consulto omisimus dicimus. Et adnotandum est eius generis dicta compluribus poetis et scriptoribus deberi, ut Ennio, Plauto, Horatio, Lucretio, Lucano, Statio, Persio, plurima autem Terentio Ciceronique deberi. Quae res eo facile explicatur, quod Terentii Ciceronisque omnium omnino plurima apud Servium utriusque amantissimum exstant exempla. Atque quam nota et lecta quaedam Ciceronis opera etiam Servii tempore fuerint, haec eius indicant verba, quae ad A. I, 258 facit: „ut si dicas “legi oratorem” nec addas, quem, intellego Ciceronem“. Cui loco alter est adiungendus, qui quantum praevaluerit apud Servium Ciceronis auctoritas, documento sit: Buc. V, 36. Ubi Servius praecipit: „Grandia hordea usurpathe metri causa dixit: nam “triticum”, “hordeum”, “vinum”, “mel” numeri tantum singularis sunt, unde plurali in prosa uti non possumus; “vina” tamen possumus dicere Ciceronis exemplo, qui ait in praetura: “vina ceteraque, quae in Asia facile comparantur“.“ Non paria iura Ovidio concessit, cum de simili argumento ad G. II, 7 ita exponeret: „mustum numero tantum singulari dicimus, sicut vinum, licet Ovidius abusive dixerit musta“. — Quod de iis locis, qui ἀδεσπότοι — sif venia verbo — sunt aut videntur esse, disserui, idem valet de exemplis ex Homeri carminibus allatis. Nam cum imperatorum aetate Homeri carmina popularia vulgariaque essent et ab hominibus eruditis lecitarentur, permulti singuli eorum versus et a pueris et a viris memoria tenebantur, imprimis ii versus, qui Romanis in proverbio erant. Itaque ratio illa, qua interpolator usus saepe tres vel quattuor Homeri versus addidit, a Servio plane abiudicanda est, cum praecipua quaedam atque egregia verba obiter tantum tetigisse Servio satis fuerit, unde quae inter Servium et Homerum similitudo intercederet cognosceretur. At posterioris imprimis mediae et infimae aetatis homines rudes litterarum, qui Homeri atque omnino Graecorum poetarum carmina haud ita intellegebant, cum studia Graeca diu iacuissent, ex Homeri Theocriti aliorum libris plenos versus exscriptos in Servii commentarios intulerunt.

Liceat mihi quaestiunculam minutam ex ordine hic inserere, quam ut instituerem Thilo, vir doctissimus et de me optime meritus, hortatus est. Nam cum saepius Servium tractanti sibi accidisse per litteras mecum communicasset, ut scriptorum verba a Servio adlata ab omni codicum lectione discrepare animadverteret, ut ipse de ea re anquirerem benigne monuit, si forte Servium multa scriptorum testimonia ex memoria posuisse inde efficere possem. At id quod vir ille carissimus voluit iniquitate temporum facere prohibitus sum. Etiam nunc solius Terentii memoriam et a Servio et ab interpolatore servatam cum varia lectione codicum Terentianorum comparare potui. Atque rem ita absolvi, ut conlatis iis locis, qui cum Umpfenbachi¹⁾ lectione prorsus consentiunt, reliquos et cum Umpfenbachi recensione et cum codicum lectione varia, quam ille enotavit, compararem. Iam sequuntur ipsi locorum indices.

A. Servii loci genuini.

I. Enumerantur ii loci, qui cum Umpfenbachi recensione toti consentiunt.

Andria: Prol. 27 = S. A. II, 357; I, 1, 28 = S. A. I, 181; I, 1, 55. 56 = S. A. XII, 296; I, 1, 58. 59 = S. A. II, 1; I, 1, 72. 73 = S. A. VII, 268; I, 1, 112 = S. A. IV, 335; I, 1, 137. 138 = S. A. I, 135; I, 1, 142. 143 = S. G. IV, 212; I, 5, 47 = S. A. VIII, 84; I, 5, 59 = S. A. IV, 318; II, 2, 2 = S. A. I, 720; II, 4, 3 = S. A. V, 613. XI, 545; II, 5, 18 = S. A. II, 12. G. IV, 127; III, 1, 15 = S. A. I, 8. 601. XI, 532. B. IV, 10; III, 3, 1 = S. A. II, 3; XII, 584; III, 3, 23 = S. Buc. II, 14; III, 3, 44 = S. A. II, 60; III, 5, 4 = S. A. IX, 230; (cf. XII, 352); III, 5, 15 = S. A. I, 519; IV, 2, 13. 14 = S. A. III, 493. V, 80. XI, 97; V, 2, 16 = S. A. X, 612. G. III, 37; V, 2, 27 = S. A. VI, 544; V, 4, 30 = S. A. XII, 618. — Eunuchus: Prol. 32 = S. A. V, 122; I, 1, 1 = S. A. IV, 537. X, 778; I, 1, 3 = S. A. II, 155. Buc. III, 106; I, 2, 25 = S. A. I, 215 (cf. adn. crit. ed. Thil. I, p. 83); 460; I, 2, 124 = S. A. I, 567; IV, 96. VII, 427. 629. G. I, 287; II, 2, 57 = S. A. I, 669; II, 3, 30 = S. B. II, 1; II, 3, 57 = S. A. VI, 218; III, 1, 10. 11 = S. A. I, 35; III, 1, 23 = S. G. I, 57; III, 1, 58. 59 = S. A. IV, 1 (cf. adn. crit. ed. Thil. I, p. 460); III, 2, 18 = S. A. I, 647; III, 5, 56 = S. A. IV, 166; IV, 2, 1 = S. A. VII, 30; IV, 5, 6

1) P. Terenti comoediae, edidit et apparatu critico instruxit Franciscus Umpfenbach, Berolini 1870.

= S. A. I, 686; V, 8, 23 = S. Buc. VIII, 43. — Heauton Timorumenos: I, 1, 11, 12 = S. A. II, 247; I, 2, 16 = S. A. V, 655; IV, 1, 12 = S. A. III, 595; IV, 5, 28 = S. Buc. X, 19; IV, 6, 21 = S. A. I, 106; IV, 6, 24 = S. G. I, 187; V, 2, 7 = S. A. I, 410. — Phormio: I, 2, 21, 22 = S. A. V, 669; I, 2, 90, 91 = S. A. VIII, 127; III, 3, 30 = S. A. IV, 295. — Hecyra: Prol. I, 1 = S. A. I, 267; Prol. II, 12, 13 = S. A. X, 106; I, 1, 1 = S. A. I, 644. III, 3, 23 = S. A. XI, 687; IV, 3, 4 = S. A. I, 377. — Adelphoe: I, 2, 46 = S. A. XI, 801; I, 2, 54 = S. A. IV, 381; II, 1, 42 = S. A. II, 463; IV, 590. VII, 49. G. IV, 460; III, 2, 31 = S. A. I, 208; III, 3, 30, 31 = S. A. II, 87; III, 3, 55 = S. A. V, 343; IV, 2, 21, 22 = S. A. XI, 152; V, 4, 17 = S. A. III, 278; V, 9, 9 = S. A. I, 399.

II. Adferuntur ii loci, qui varie mutati ab Umpfenbachi recensione discrepant.

a. Voces quaedam transmutatae vel transpositae sunt: Andria: II, 6, 27 hem illic est huic rei caput = S. A. XI, 361 h. illic huic rei est caput; IV, 3 11 ex ara hinc sume verbenas tibi = S. A. XII, 120 ex ara hinc verbenas sume. — Heauton Timorumenos: I, 1, 4, 5 vel virtus tua me vel vicinitas = S. Buc. III, 53 vel virtus me tua v. v.; II, 1, 16 nam nihil esse mihi religiost dicere = S. A. II, 715 nam mihi nihil esse religio est dicere. — Phormio: I, 3, 23, 24 ut neque mihi ius sit amittendi nec retinendi copia = S. A. XI, 699 u. n. m. amittendi neque retinendi sit copia; IV, 1, 9 senectus ipsast morbus = S. A. VIII, 577 s. ipsa morbus est; V, 1, 5 nam quae haec anus est = S. G. IV, 444 n. quae est haec anus. — Hecyra: I, 2, 32 ut tacita mecum gaudeam = S. A. I, 502 ut mecum tacita gaudeam; II, 1, 15 qui illum decretur dignum = S. A. X, 532 q. i. dignum decreverunt; II, 2, 26, 27 adiurat non posse apud vos Pamphilo se apsente perdurare = S. A. XII, 816 adiurat se non posse a. v. P. absente perdurare. — Adelphoe: III, 3, 23, 24 Gongrum istum maximum in aqua sinito ludere Tantisper (paulisper corr. rec. cum rrell.; cf. Umpfenbach. ed. p. 463 adn. crit.) = S. A. VIII, 632 congrum i. m. paulisper i. a. s. l.; IV, 5, 47 ita velim me promerentem ames, dum vivas, mi pater = S. A. IV, 335 ita me velim ames promerentem pater; V, 3, 63 tam excoctam reddam atque atram quam carbost = S. A. XI, 788 = tam excoctam atque atram reddam quam carbo est.

b. Singulae voces omissae aut mutatae sunt.

Andria: I, 1, 47, 48 Primum haec pudice vitam parce ac duriter agebat = Serv. A. VIII, 412 Primo haec vitam p. a. d. a; II, 1, 30 ego, Charine, neutiquam officium liberi esse hominis puto Cum is nihil mereat, postulare id gratiae apponi sibi = S. A. VI, 664 e. Ch. n. liberi — poni sibi; II, 3, 29 cave te esse tristem sentiat = S. G. I, 96 cave ne te tristem sentiat; II, 6, 27 hem illic est huic rei caput = S. A. XI, 361 illic huic rei est c.; IV, 2, 25 quo hinc te agis? = S. A. IX, 693 quo te agis? IV, 3, 11 sume verbenas tibi = S. A. XII, 120 verbenas sume. — Eunuchus: I, 1 23 quam oculos terendo misere vix vi expresserit = S. A. II, 196 q. o. t. vix expresserit; III, 1, 55 par pro pari referto, quod eam mordeat = S. A. I, 261 par pari r. q. e. remordeat; IV, 5, 3 neque pes neque mens satis suom officium facit = S. G. II, 94 n. p. n. m. suum officium facit; V, 8, 52 accipit homo nemo melius prorsus neque prolixius = S. A. III, 353 a. homo melius nemo neque p. — Heauton Timorumenos: I, 1, 20 Enim “dices” quantum hic operis fiat paenitet = S. A. I, 543. Buc. II, 34 At enim quantum — paenitet; I, 1, 36 at istos rastros interea tamen adpone = S. G. I, 94 at i. r. interea depone. — Phormio: I, 3, 23, 24 ut neque mihi ius sit amittendi nec retinendi copia = S. A. XI, 699 u. n. mihi amittendi n. r. sit copia. — Adelphoe: III, 2, 32 quid iam credas? = S. A. IV quid credas?

c. Complures voces vel singulae sententiae omissae aut mutatae sunt.

Andria: III, 3, 6, 7 per te deos oro et nostram amicitiam, Chremes, quae incepta a parvis cum aetate adcrevit simul = S. A. XI, 537 per amicitiam, quae coepita (incepta F Thil.) a parvulis cum aetate a. s. — Eunuchus: II, 3, 65, 66 illumne obsecro dishonestum hominem, quem mercatus est heri, senem mulierem? = S. A. VI, 497 illumne o. dishonestum senem, mulierem? — Phormio: III, 3, 16 tum igitur, dum licet dumque adsum, loquimini mecum, Antiphon = S. A. IX, 484 quin igitur, dum licet, loquimini mecum, Antiphon; V, 1 5 nam quae haec anus est, examinata a fratre quae egressast meo = S. G. IV, 445 n. q. est h. a. a fratre egressa meo; V, 3, 85, 86 non hoc publicitus scelus hinc asportarier in solas terras! — S. A. XI, 545 nonne hunc abici oportet in solas terras? — Hecyra: III, 1, 40, 41 uxorem Philumenam pavitare

nescio quid dixerunt = S. A. I, 92 uxorem tuam pavitare aiunt. — Adelphoe: III, 4, 45 haec primum ut fiant deos quaeso ut vobis decet = S. A. VIII, 127 facite ut vobis decet; IV, 2, 21, 22 non tu eum rus hinc modo produxe aibas? = S. A. XI, 152 non tu hunc rus produxisse aiebas? — IV, 5, 64 quia tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor magis = S. A. VII, 556 quia plus cupio, minus credo; IV, 5, 47 ita velim me promerentem ames, dum vivas, mi pater = S. A. IV, 335 i. me velim ames promerentem pater.

d. Singulae voces interpolantur.

Andria: I, 2, 28 verberibus caesum te in pistrinum, Dave, dedam = S. A. I, 140 ego te in p., D., d.; II, 3, 29 cave te esse tristem sentiat = S. G. I, 96 cave ne te tristem sentiat. — Eunuchus: II, 3, 37 ni mirum homines frigent = S. A. I, 436 nimirum hic h. f.; III, 2, 21 ita me di ament, honestust = S. A. X, 133 ita me di bene ament, honestus est; III, 5, 53 ego limis specto = S. A. XII, 120 Terentius "limis oculis" dicit. — Heauton Timorumenos: I, 1, 20 "enim" dices "quantum — paenitet" = S. A. I, 548. Buc. II, 33 at enim quantum — paenitet (cf. b). — Phormio: V, 8, 85, 86 non hoc publicitus scelus hinc asportarier in solas terras! = S. A. XI, 545 nonne hunc abici oportet i. s. t?

e. Formae vel voces in initio aut in fine mutatae sunt.

Andria: I, 1, 47, 48 primum haec — agebat = S. A. VIII, 412 primo haec — agebat; II, 1, 30, 31 ego, Charine — postulare id gratiae apponi sibi = S. A. VI, 664 ego, Charine — poni sibi; III, 3, 6, 7 amicitiam nostram, Chremes, quae incepit a parvis etc. = S. A. XI, 537 a. quae coepit a parvulis; V, 6, 16, 17 intus transigitur, siquid est quod restet = S. A. VI, 890 intus — restat. — Eunuchus: III, 1, 55 par pro pari referto, quod eam mordeat = S. A. I, 261 par pari — remordeat (cf. b). — Heauton Timorumenos: I, 1, 36 At istos rastros interea tamen adpone = S. G. I, 94 at — interea depone (cf. b); II, 3, 60 ad dominas qui adfectant viam = S. A. III, 670 ad dominam — viam. — Phormio: II, 1, 39 nam ni haec ita essent — Phaedria = A. VIII, 653 nam nisi h. i. e. — Phaedria. — Hecyra II, 1, 15 qui illum decrierunt dignum = S. A. X, 532 q. i. d. decreverunt. — Adelphoe: IV, 3, 23, 24 Gongrum — ludere tantisper = S. A. VIII, 632 congrum — paulisper; IV, 5, 34, 35 cum hanc sibi videbit praesens praesenti eripi = S. A. IV, 83 praesens praesentem eripi.

f. Verborum Terentii genuinorum loco voces, quae vel idem significant vel simile sonant, positae sunt; denique quaedam voces prorsus libidinose commutatae sunt. Eunuchus: II, 2, 5 video sentum squalidum = S. A. III, 594 v. quandam sertum. — Phormio: III, 3, 16 tum igitur, dum licet dumque adsum, loquimini tecum, Antipho = S. A. IX, 484 quin igitur — Antipho; V, 8, 85, 86 non hoc publicitus scelus hinc asportarier in solas terras = S. A. XI, 545 nonne hunc abici oportet i. s. t. — Hecyra: II, 1, 8 me miseram, quae nunc quam obrem accuser nescio = S. A. I, 410 me — quam ob causam a. n.; III, 1, 40, 41 uxorem Philumenam pavitare nescio quid dixerunt = S. A. I, 92 uxorem tuam pavitare aiunt. — Adelphoe III, 4, 45 haec primum ut fiant deos quaeso, ut vobis decet = S. A. VIII, 127 facite ut vobis decet.

Denique eos locos enotavi, qui licet ab Umpfenbachi recensione recedant, tamen cum codicum quorundam lectionibus variis vel toti vel ex parte concinunt. Lectiones autem variae ex Umpfenbachi apparatu critico depromptae sunt. Andria: I, 2, 12 carnifex (carnifex **C D**, corr. **C¹ D²** carnifex **P**) = S. A. XI, 704 carnifex; II, 1, 30, 31 ego Charine — apponi sibi (poni **G**) = S. A. VI, 664 e. Ch. — poni sibi; II, 3, 29 cave te tristem esse sentiat (ne sentiat **D**) = S. G. I, 96 cave ne . . . sentiat; II, 6, 27 hem illic est huic rei caput ("hem" inter lineas **D**) = S. A. XI, 361 illic h. rei est c.; III, 5, 4 ego ("ergo" **B C D P**, g **G** in rasura) pretium ob stultitiam fero = S. A. IX, 230 ego (**A S M**, "ergo" reliqui codd.) p. ob s. f.; V, 6, 17 siquid est quod restet (restat **D E G V**) = S. A. VI, 890 si quid est quod restat. — Eunuchus: I, 1, 23 quam oculos terendo misere vix vi expresserit ("vi" in ras. **D**) = S. A. II, 196 q. o. t. vix expresserit; II, 2, 37 ni mirum homines frigent **HIS** (**NIMIRVM KOMINES** **A**, ea forma aspiratae, ut **HIS** non sit a pr. m.) = S. A. I, 436 nimirum hic homines frigent; III, 1, 55 par pro pari referto (**PARPROPARA** **A**, **PRO** induxit corr. rec.,

PARI restituit **A¹**, Par pari **D G**) = S. A. I, 261 par pari referto; III, 5, 53 ego limis specto
 oculis **(SVBLIMISSPECTO A, corr. rec.)** = S. A. XII, 120 limis oculis. — Heauton Timorumenos:
 I, 1, 20 "enim" dices quantum — paenitet **ADENIMA**, at enim (**B**) **D E** at dices enim
C P F, enim dices Fleckeisenus, at enim Muretus) = S. A. I, 548. Buc. II, 34 at enim
 quantum — paenitet. — Phormio: I, 1, 10 suom defraudans genium (**SVVMA**, defraudans
D F, defraudaris **S G, corr. G²** = S. G. I, 302 suum defraudans genium (defraudans **P H**); I, 3,
 24 ut neque mihi ius sit amittendi nec retinendi copia (**MIKISIT A**, eius *add. corr. rec.*)
 = S. A. XI, 699 ut n. mihi amittendi neque r. sit c.; II, 1, 81 ego deos penates hinc
 salutatum domum revertar (**ATEGO A B C D E F P**) = S. A. XII, 257 at ego hinc deos
 salutatum pergam; IV, 1, 9 senectus ipsast morbus (ipsa morbus est **B C F P**) = S. A. VIII,
 577 s. ipsa morbus est; V, 1, 5 nam quae haec anus est, exanimata a fratre quae egressast
 meo (est anus **D G**, quaegressa **C corr. C²**) = S. G. IV, 444 n. q. est haec anus a fratre
 egressa meo; V, 8, 85 non hoc (nonne hoc **B C P**) = S. A. XI, 545 nonne hunc. —
 Hecyra: II, 1, 15 qui illum decretur dignum (decreverunt **E F G**) = S. A. X, 532
 q. i. dignum decreverunt. — Adelphoe: III, 2, 32 quid iam credas? aut cui credas?
(QVIDCREDASAMA, corr. A¹) = S. A. IV, 373 quid credas aut cui cr.; III, 3, 23. 24 gongrum
 istum maximum in aqua sinito ludere tantisper (gongrum **D cum A**, congrum **rell.**, **TANTISPER A¹**,
 paulisper *corr. rec. cum rell.*) = S. A. VIII, 632 congrum i. m. paulisper i. a. s. ludere.

B. Loci interpolati.

I. Enumerantur ii loci, qui cum Umpfenbachi recensione toti consentiunt.

Andria: I, 1, 2 = S. Buc. VII, 9; I, 1, 4 = S. A. IX, 424; I, 1, 72. 73 = S. A.
 VII, 268; II, 1, 11 = S. A. IV, 415; II, 2, 8 = S. A. XII, 342; III, 1, 15 = S. A. II, 610;
 III, 3, 1 = S. A. III, 261; V, 5, 4 = S. A. I, 73. — Eunuchus: I, 1, 6 = S. A. I, 37;
 I, 1, 9. 10 = S. A. II, 424; I, 2, 3. 4 = S. A. II, 559; II, 3, 21 = S. A. I, 567; II, 3,
 26 = S. A. IV, 10; II, 3, 29 = S. A. IX, 1; III, 2, 1 = S. A. IV, 461; III, 2, 18 = S. A.
 IV, 480; III, 5, 39 = S. A. IV, 54; IV, 3, 11 = S. A. I, 573; II, 482; X, 529; V, 4, 2. 3
 = S. A. XII, 694. V, 4, 21 = S. A. II, 502; V, 7, 6 = S. A. XI, 352. — Heauton
 Timorumenos: III, 1, 67. 68 = S. Buc. VI, 58; IV, 1, 32 = S. A. IX, 289. — Phormio:
 I, 2, 24 = S. A. XII, 538; I, 2, 69 = S. G. I, 7; I, 4, 25 = S. A. X, 284; II, 1, 29
 = S. A. I, 657; II, 2, 4 = S. A. II, 234. XI, 486. III, 2, 6 = S. A. I, 605. — Hecyra:
 I, 2, 48 = S. A. IV, 448; IV, 2, 29 = S. A. IV, 435. — Adelphoe: I, 1, 10. 11 = S. A.
 IV, 379; I, 1, 25 = S. A. X, 567; I, 2, 13 = S. A. IV, 195; III, 4, 56 = S. A. I, 445;
 V, 3, 4, 5 = S. A. II, 424; V, 7, 9 = S. A. X, 432; V, 9, 4 = S. A. I, 233.

II. Enumerantur ii loci, qui varie mutati, ab Umpfenbachi recensione discrepant.

a. Voces quaedam transmutatae vel transpositae sunt.

Andria: IV, 1, 5 id est genus hominum pessum = S. A. XII, 694 i. e.
 pessimum genus; IV, 3, 1 nihilne esse proprium cuiquam = S. A. I, 73 n. e.
 cuiquam proprium; V, 5, 4 quod voluptates eorum = S. Buc. VII, 31 q. eorum
 voluptates. — Eunuchus: III, 5, 56. 57 an ego occasionem mihi ostentam = S. G. I,
 248 a. e. mihi occasionem o.; V, 8, 54 ut me in vestram gregem recipiatis = S. A.
 XI, 352 u. m. in vestram recipiatis gregem; V, 8, 31 quae facta hic sient = S. A.
 I, 203 quae hic facta sunt. — Heauton Timorumenos: II, 1, 13 suarum rerum sat
 agitat = S. A. XII, 589 sat agit rerum suarum. — Phormio: V, 4, 7 neque me
 domum nunc = S. G. I, 248 neque me nunc domum. — Adelphoe: III, 2, 21 ceteros
 ruerem agerem = S. A. XII, 453 c. agerem ruerem; III, 3, 7 iam hinc scibo = S. A.
 I, 6 hinc iam scibo; V, 9, 28 subitast largitas = S. A. III, 217 est subita largitas.

b. Singulæ voces omissæ sunt.

Andria: IV, 1, 5 genus hominum pessimum = S. A. XII, 694 p. g.; V, 2, 8 etiam tu hoc respondes = S. A. XI, 373 etiam responde. — Eunuchus: III, 5, 56. 57 an ego occasionem mihi ostentam tantam, tam brevem = S. G. I, 248 a. e. m. o. ostentam tam brevem (cf. a); V, 8, 54 unum etiam hoc vos oro = S. A. XI, 352 unum etiam vos oro. — Heauton Timorumenos: II, 3, 124 quendam misere offendì militem = S. A. I, 657 quendam offendì ibi militem; V, 1, 9 quid illic iam dudum gnatus cessat = S. A. III, 430 q. illic natus cessat. — Phormio: V, 5, 2 curavi propria ut Phaedria poteretur = S. Buc. VII, 31 c. p. ut poteretur.

c. Singulæ voces interpolatae sunt.

Eunuchus II, 2, 37 ni mirum homines frigent = S. G. IV, 104 n. m. hi homines f. — Heauton Timorumenos: II, 3, 124 quendam misere offendì militem = S. A. I, 657 q. offendì ibi m. — Phormio: I, 2, 12 hanc operam tibi dico = S. A. I, 73 iam hanc o. t. d.; III, 2, 40. 41 non pudet vanitatis? = S. A. I, 392 n. te p. v.? — Adelphoe: II, 8, 43 insanire occipiunt ex iniuria = S. A. IV, 376 i. o. homines ex i.

d. Formæ vel voces in initio aut in fine immutatae sunt.

Andria: V, 2, 8 etiam tu hoc respondes = S. A. XI, 373 etiam responde; 5, 5, 3 ego deum vitam propterea sempiternam esse arbitror = S. Buc. VII, 31 e. d. v. ea propter s. e. a. — Eunuchus: V, 4, 2, 3 quodsi — capiet Parmeno = S. A. XII, 694 quodsi — capit P.; V, 8, 31 quae facta hic sient = S. A. I, 203 quae hic facta sunt. — Heauton Timorumenos: I, 2, 18 miserum? quem minus crederes = S. Buc. X, 46 m.? q. minus credere est; II, 1, 13 suarum rerum sat agitat = S. A. XII, 589 sat agit rerum suarum; II, 3, 133 tutimet mirabere = S. A. IV, 606 tutemet m.; II, 3, 138 abeas si sapias = S. A. XI, 354 abeas si sapi. — Phormio: prol. 20 benedictis si certasset = S. A. I, 548 beneficiis si c.; I, 4, 25 fortis fortuna adiuvat = S. A. X, 284 fortis f. a.; V, 4, 7 ni mihi esset spes ostenta = S. G. I, 248 n. m. e. sp. ostentata; V, 5, 2 curavi propria ut Phaedria poteretur = S. Buc. VII, 31 c. p. ut potiretur; V, 9, 25. 26 esse in hac re culpam meritum non nego, sed ea quin sit ignoscenda = S. G. IV, 488 c. commeritam non ego, s. e. quae s. i. — Hecyra: I, 2, 4 si non quaeret = S. G. I, 125 si non quaerit. — Adelphoe: III, 4, 52 animam relinquam potius quam illas deseram = S. A. III, 140 a. r. p. quam illum deseram.

e. Verborum Terentii genuinorum loco voces, quae vel idem significant vel simile sonant, positæ sunt; denique quaedam voces prorsus libidinose commutatae sunt.

Andria: IV, 1, 5 idnest verum? immo . . . = S. A. XII, 694 idne est verum modo? — Eunuchus: IV, 4, 17 nunc tibi videtur foedus = S. A. III, 216 nunc heu videtur foedus. — Adelphoe: III, 3, 7 Set eccum Syrum ire video: iam hinc scibo ubi siet = S. A. I, 6 s. e. S. incedere video: hinc iam scibo quid siet; V, 9, 28 quod prolbium? quae istaec subitast largitas = S. A. III, 217 quod proluvium, quae haec est subita largitas? — Restat, ut eos locos enotem atque comparem, qui licet ab Umpfenbachi recensione discrepant, tamen cum quorundam codicum lectionibus variis vel toti vel ex parte concinunt.

Andria: V, 2, 8 etiam tu hoc respóndes (responde **B C D E G P**) = S. A. XI, 373 etiam responde. — Eunuchus: IV, 4, 17 nunc tibi videtur foedus (nunc eo tibi videtur **D E F G**, nunc eo videtur **B C P**) = S. A. III, 216 nunc heu videtur foedus; V, 8, 31 quae facta hic sient (sunt **E**) = S. A. I, 203 quae hic facta sunt; V, 8, 54 unum etiam hoc vos oro (hoc *om.* **C D E G P**) = S. A. XI, 352 u. etiam vos oro. — Heauton Timorumenos:

I, 2, 18 miserum? quem minus crederes? (**CREDEREST A** cum **C D F P**) = S. Buc. X, 46 quem minus credere est; II, 3, 124 nam quendam misere offendì militem (offendi ibi militem **B C D E F G P**) = S. A. I, 657 quendam offendì ibi militem; II, 3, 133 tutimet mirabere

(**TUTEMET A** cum rel.) = S. A. IV, 606 tutemet mirabere; II, 3, 138 abeas si sapias (sapis **B C D² E F**) = S. A. XI, 354 abeas si sapi. — Phormio: III, 2, 40. 41 non pudet vanitatis? (**TEUANITATIS A**) = S. A. I, 392 non te p. v.; V, 5, 2 curavi, propria ut Phaedria

poteretur (poteretur **C**, potiretur **B D E F**) = S. Buc. VII, 31 c. p. ut potiretur. — Adelphoe:

I, 1, 10, 11 ego quia non rediit filius quae cogito! quibus nunc sollicitor rebus! (REDIT A)

ET QUIBUS A cum rell.) = S. A. IV, 379 e. q. non redit f. q. c. et quibus s. rebus; III, 3, 7 iam hinc scibo ubi siet (hinc scibo iam **B C D E F G P**) = S. A. I, 6 hinc iam scibo; III, 4, 52 animam relinquam potius quam illas deseram (illam **B C D**) = S. A. III, 140 a. r. p. quam illum deseram (illum **F**, illam *Masvicius primus*); IV, 5, 31, 32 quid illi tandem creditis fore animi misero, qui illa consuevit prior? (creditis **F**, corr. **F²**, cum illa **B C D E F G P**) = S. A. IV, 408 q. i. tandem credis fore a. m., qui cum illa c. p.?; V, 9, 28 quod proluvium? (proluvium **B C² D G**) = S. A. III, 217 quod proluvium. — Quodsi omnes locos legendo iterum percurrerimus, apud Servium permulta lectionis Terentianae testimonia

integra atque cum Umpfenbachi recensione, quam ille a codice Bembino (A) ita pendere voluit, ut ubi dissensus in varia lectione non esset indicatus, is accuratissime repraesentaretur (cf. Umpfenb. praef. p. IV), congruentia extare nobis apparebit. Qamquam non desunt complures loci, qui nulla codicum lectione innisi fultique a recensione Umpfenbachiana magnopere discrepent. Nihil quidem me iudice ad rem videntur pertinere ii loci, qui vocibus singulis transpositis mutati sunt aut ubi leviter errata deprehenduntur. Quae quominus librariorum incuriae atque neglegentiae tribuamus nihil est quod impedit. Quare illos versus aut ex Terentio ipso aut ex aliorum scriptorum libris a Servio depromptos esse putamus. Accedunt ii versus, quibus scribarum manus apertissima menda intulisse ex corruptelarum natura arguuntur, ut "primo" pro "primum", "poni" pro "apponi", "restat" pro "restet", "depone" pro "adpone", "nil" pro "nihil", "dominam" pro "dominas", "suum defraudans" pro "suom defrudans", "nisi" pro "ni", "quaerit" pro "quaeret", "decreverunt" pro "decererunt", "paulisper" pro "tantisper", "praesentem" pro "praesenti", "sertum" pro "sentum", "non ego" pro "non nego", "quin sit" pro "quae sit", "nisi ego" pro "nisi eo". Iis igitur locis nihil inesse iudicamus, cur eos a Servio memoriter adlatos esse putemus. Prorsus alia est causa eorum locorum, quos contractione vel interpolatione vel alia immutatione depravatos collegimus (cf. A II d. e. f.; B II c. d. e.) Quos quoniam ab omni codicum lectione varia longe recedunt et plerumque pluribus mendis laborant, a Servio ex memoria positos esse veri est simillimum. Quid enim mirum, quod Servius aut versus contraxit, cum ea tantum quibus ei opus erat verba summatim tetigisse satis haberet, ut — exempli gratia — illius versus Eun. II, 3, 65. 66 „Illumne obsecro in honestum hominem, quem mercatus est heri, senem mulierem“ haec omisit verba "hominem, quem mercatus est heri" (cf. S. A. VI, 497), cum ea adferre Servii nihil interesset, aut quod, ut lectorum illius temporis haud ita eruditorum commodo consuleret, voces quasdam interpolavit, sicut Terentianis illis (Eun. III, 5, 53): "ego limis specto" de suo "oculis" vocem, Plautini fallor apertissime memor, addidit (cf. A. XII, 120), aut denique quod in eorum Terentii verborum locum, quae in memoria non penitus haeserunt, alia quaedam substituit, quae idem significant, ut pro "quam ob rem" (cf. Hec. II, 1, 8) scripsit "quam ob causam" (cf. S. A. I, 140) et pro "uxorem Philumenam pavitare nescio quid dixerunt" (cf. Hec. III, 1, 40. 41) "uxorem tuam pavitare aiunt" (cf. S. A. I, 92). Servii autem memoriam non semper bona fidei esse unus potissimum locus testari mihi videtur: S. A. X, 133, ubi versum Terentianum "ita me di ament" (cf. Eun. III, 2, 21) ita immutavit "ita me di bene ament". Servius hic procul dubio Plautina pro Terentianis scripsit, cum Plautus huic dicto semper "bene" addat, Terentius semper detrahatur. Itaque hos locos a Servio non exscriptos, sed ex memoria positos esse contenderim. Neque vero etiam haec quaestio tota profligari potest, priusquam de auctoribus, quibus Servius usus est, omnibus satis constet. Nam nulla re vetamur cogitare apud auctores, quos Servius compilavit, Terentii versus tales, quales nunc in Servii commentariis legimus exstitisse.* — Ex eorum locorum numero, qui

*) Thil. (praef. ed. p. XXX) dicit Servium exempla quibus praecepta sua confirmarentur ab eis plerumque scriptoribus petivisse quorum libri tum in scholis legi solerent: a Terentio Horatio Lucano Statio Iuvenale Persio poetis, a Cicerone et Sallustio scriptoribus, praeter eos Ennium Plautum Lucretium Ovidium saepius a Servio laudatos esse. Atque Ennianorum versum notitiam videri superioribus grammaticis deberi. Plautinas fabulas et Lucretianum carmen num ipse legisset dubitari posse. Ovidii metamorphoseon libros Servium legisse et ad fabulas enarrandas adhibuisse, sed ipsa poetae verba nisi paucis locis non commemoravisse. Parum diligenter autem in aliorum verbis laudandis Servium versatum esse, quippe qui libris non inspectis saepe memoria citare soleret.

ab Umpfenbachii editione discrepant, haud ita multi codicum Terentianorum lectione varia nituntur. Omnia fere, quae hoc pertinent, ab Umpfenbachio disputata invenis, qui cum praefationis p. LXIV—LXVI de veterum studiorum in Terentio positorum reliquiis apud Servium servatis doctissime nec non accuratissime disseruisset, Servium non magis quam reliquos compilatores unam aliquam Terentii recensionem constanter observavisse et eum proxime a **D G** abesse dixit. Quo nihil facilius potest explicari, cum noster ex pluribus auctoribus pendeat. Adnotandum autem est Umpfenbachium Serviana ab interpolatis non distinxisse. — Quod Umpfenbachius (cf. praef. p. LXIV)

Servium numquam cum **A** solo, quem praef. p. IV—IX describit, facere observavit nisi in "me" omissa Heaut. Tim. I, 1, 120, nos addimus Servium etiam Phorm. I, 2, 24 cum 'solo

A "ius" omisso (cf. A. XI, 699) et eum Phorm. I, 1, 10 cum solo **A** "suum" pro "suom" scripsisse (cf. S. G. I, 302). Concentui autem Servii atque codicis Victorianus (**D**) et Decurtatus (**G**), quos Umpfenbachius (cf. praef. p. XVIII—XXIII) describit, nihil tribuendum esse idem (cf. praef. p. LXVIII) me docuit, cum Victorianus et Decurtatus exemplar, correcturis et adnotamentis refertissimum, a grammatico quodam ortum esse diceret, qui Servii commenti Vergilianus atque Prisciani haud ignarus, "Donati commentum, excerptum et transcriptum illud in codicem Terentianum ex eadem, ad quam Bembinus pertinet, familia oriundum" legit atque ex eo quae ipsi placebant in exemplar quoddam recensionis Calliphanae transtulit. Unde sumnum errandi periculum est, ne Servium cum Servio consentire dicamus. — Iam nihil relinquitur, nisi ut nostrum Terentii si non omnes fabulas, at saltem complures in manibus habuisse moneamus. Legimus enim apud Servium ad A. XI, 704 haec "in Terentio postquam de domino dixit servus "astute", ille iratus ait "carnifex quae loquitur?" (cf. Terent. Andr. I, 2, 12 "astute. Si. Carnifex quae loquitur?"); ad A. I, 410 "ut in Terentio pater ad filium "quid me incusas Clitipho?" (cf. Ter. Heaut. Tim. V, 2, 7 Ch. "quid me incusas Clitipho?"); ad A. X, 532 "nam "liberos" etiam unum dicimus filium, adeo ut Terentius etiam filiam "liberos" dixerit, ut in Hecyra "qui illum dignum decreverunt, suos cui liberos committerent" (cf. Hec. II, 1, 15 "qui illum decrierunt dignum, suos cui liberos committerent"); cf. S. Buc. VIII, 43 = Eun. V, 8, 23. Servius neque ea verba, quae fecit, neque versus Terentii, quos attulit, auctori ulli debere potest; nam a nullo quod equidem meminerim scriptore fabularum versus ita laudantur, ut singulae personae inter se secernantur; neque ex ipsa verborum interpunctione Servius sua efficere potuit. At iam exeunte septimo urbis conditae saeculo Terentii aeque atque nostrorum poetarum exemplaria in histrionum usum comparata legebantur, in quibus singulae diverbii partes histrionibus notis adpositis adsignatae erant.* Ad tale vel simile exemplar Servii adnotationes videntur esse revocandae. Etiam ex altero loco Andriae (IV, 3, 1; cf. S. A. XII, 120) Servium Terentii fabularum plane gnarum fuisse cognoscimus. Ubi haec profert: "abusive tamen iam verbenas vocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliva vel myrtus: Terentius "ex ara hinc verbenas sume"; nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit". — Transeamus ad interpolatorem. Etiam hic licet plurimos versus a codicis Bembini fide non discrepantes exhibeat, tamen nonnullos versus habet, qui verbis transmutatis (cf. B II a) et aliis levibus corruptelis librariorum culpa ortis depravati sunt (cf. B II e), ut "responde" pro "respondeas", "ea propter" pro "propterea", "capit" pro "capiet", "sunt" pro "sient", "credere est" pro "crederes", "sat agit" pro "sat agitat", "tutemet" pro "tutimet", "sapis" pro "sapias", "fortes" pro "fortis", "potiretur" pro "poteretur" "commeritam non ego" pro "meritum non nego", "quaes" pro "quin". "quaerit" pro "quaeret" (cf. B II d. e). Neque tamen desunt, quae interpolatorem ex memoria multos versus posuisse summam suspicionem moveant; nonnullas enim voces, quae ei nullius momenti viderentur esse vel quae in eius animo non satis fixae essent, omisit (cf. B II b) aut ut melior sententia efficeretur versum, qui sermonis tenore interrupto non satis dilucidi essent, addidit, ut versui illi "insanire occipiunt ex iniuria" (cf. Adelph. II, 1, 43) "subiectum" quod grammatici dicunt generale "homines" adiecit (cf. S. A. IV, 376) et versui Phorm. III, 2, 40. 41 "non pudet vanitatis" "objectum" quod dicitur "te" inseruit cf. S. A. I, 392 n. te p. v.; denique inter-

*) cf. Ausgewählte Komödien des P. Terentius Afer, erklärt von Carl Dzitzko, 1. Bändchen: Phormio Leipzig, 1874, praef. p. 15 cum adnot. 2.

polator aequae ac Servius, ubi Terentii versus ei non integri suppetiverunt, in genuinarum elocutionum vicem similia vel idem significantia aut sonantia posuit, ut ad A. I, 6 "incedere" pro "ire" (cf. Adelph. III, 3, 7); ad A. III, 2, 17 "proluvium" pro "prolubium" (cf. Ter. Ad. V, 9, 28); ibid. "quae haec est subita" pro "quae istaec subitast"; ad A. I, 548 "beneficiis" pro "benedictis" (cf. Ter. Phorm. prol. 20). — Interpolata Terentii testimonia, ut hoc in transcurso dicam, non tam multis gravibusque mendis quam Serviana laborant; plurima enim ad librariorum socordiam revocanda esse nemo non videt. Quamobrem paucos tantum versus ab interpolatore ex memoria scriptos esse iudicaverim. Interpolatoris autem vel interpolatorum causa quam infirma atque incerta sit, neminem fugit, qui locos in Thilonis editione litteris inclinatis impressos diversis diversarum aetatum auctoribus deberi non ignorat. — Denique et a Servio et ab interpolatore eos versus accuratissime ad librorum fidem laudatos esse commemoraverim, qui compluriens in testimonium vocantur, ut Andr. II, 4, 3 = S. A. V, 613; XI, 545; Andr. II, 5, 18 = S. A. II, 12; G. IV, 127; Andr. III, 1, 15 = S. A. I, 8, 601; XI, 532; Buc. IV, 10; Andr. III, 3, 1 = S. A. II, 3; XII, 584; Andr. IV, 2, 13, 14 = S. A. III, 493; V, 80; XI, 97; Andr. V, 2, 16 = S. A. X, 612; G. III, 37; Andr. V, 4, 30 = S. A. XII, 618. — Eun. I, 1, 1 = S. A. I, 534; VIII, 781; Eun. I, 1, 3 = S. Buc. III, 106; A. II, 155; Eun. I, 2, 124 = S. G. I, 287; A. I, 567; IV, 96; VII, 427. [629]; Eun. II, 3, 37 = S. A. I, 436. G. IV, 104; Eun. IV, 3, 11 = S. A. II, 573]; III, 482]; X, 529; [XII, 453]. — Phorm. II, 2, 4 = [S. A. II, 234; XI, 486]. — Adelph. II, 1, 42 = S. A. IV, 590; VII, 49; G. IV, 460.

Reliquorum scriptorum memoriam apud Servium servatam postero tempore, si Deo placebit, alio loco tractabimus.

Alterum emblematum Servianorum genus in fabulis narratis deprendimus. Aliter enim fabulas atque res gestas locis Servii genuinis, aliter locis interpolatis interdum narrari me Servii commentarios legentem non fugit. Nam cum ille fabularum causas vel rationes plerumque allegorice vel, ut cum Servio loquar, naturaliter explicare studeat, loci interpolati fabulas ad fidem scriptorum, ex quibus haustae sunt, summa credulitate narratas praebent, id quod etiam Thilo se animadvertisse epistula benignissime, ut assolebat, ad me data testatus est. Quam quaestionem licet non omnibus numeris et partibus solvere possimus, quoniam non aequae in omnes singulos locos accurate inquisivimus, tamen, ut verbis fidem faciamus et suspicionem de interpolatore nobis ortam iusto fundamento non carere demonstremus, pauca adferamus exempla. — Ad Aen. II, 247 interpolator haec refert: [praecepto Apollinis: qui cum amasset Cassandram, petit ab ea eius concubitus copiam. illa hac condicione promisit, si sibi ab eo futurorum scientia praestaretur: quam cum Apollo tribuisset, ab illa promissus coitus denegatus est. sed Apollo dissimulata paulisper ira, petit ab ea, ut sibi osculum saltem praestaret: quod cum illa fecisset, Apollo os eius inspuit, et quia eripere deo semel tributum munus non conveniebat, effecit, ut illa quidem vera vaticinaretur, sed fides non haberetur.] Idem ad A. I, 41 haec habet: [sane latenter tangit historiam; dicitur enim Minerva in tantum ob vitiatam Cassandram in templo suo solius Aiacis poena non fuisse contenta, ut postea per oraculum de eius regno quotannis unam nobilem puellam iusserit Ilium sibi ad sacrificium mitti, et quod est amplius, de ea tribu, de qua Ajax fuerat, sicut Annaeus Placidus refert]; cf. [ad A. II, 414]. Complura igitur interpolator de Cassandrae vita fortunaque misera tradidit. Servius, cum fabulae prioris haud ignarus sit, ut Vergilii (A. II, 247) verba "dei iussu" explicit, haec facit verba: "Dei iussu, praecepto Apollinis, qui spe promissi coitus concessa divinatione frustratus sustulit fidem vera dicenti". Qua in expositione quam leviter quamque brevibus Servius fabulam attigerit animadvertis, quaeso, id quod saepissime eum in fabulis narrandis fecisse constat. At quam non fidem habuerit alteri fabulae, Servius ipse testis est, qui ad A. XI, 259 dicit: "fabula hoc habet: propter Cassandrae stuprum Graecis iratam Minervam, vel quod ei victores per superbiam sacrificare noluerunt: unde eos redeentes gravissima tempestate fatigatos per diversa dispersit. Horatius etc. re vera autem constat Graecos tempestate laborasse aequinoctio vernali, quando manubiae Minervales, id est fulmina, tempestates gravissimas commovent". Videmus igitur Servium hoc loco fabulae rem veram opponere, i. e. fabulas a Servio allegorica quadam ratione explicari, cum loci interpolati et pleniorem praebeant narrationem et ita comparatam, ut de origine vel causa fabulae nullo modo

quaeratur. — Altero loco insigni Servius ad A. I, 273 narrat Graecos sicutus de Ilia, Romuli et Remi matre, atque eleganti usus brevitate sermonis nullo testimonio adlato fabulam notissimam tradit. Sub finem autem haec dicit: "ut autem pro Romo Romulus diceretur, blandimenti genere factum est, quod gaudet diminutione. quod autem a lupa dicuntur alti, fabulosum figmentum est ad celandam auctorum Romani generis turpitudinem. nec incongrue fictum est; nam et meretrices lupas vocamus, unde et lupanaria. et constat hoc animal in tutela esse Martis". At verbis sequentibus, quae ab interpolatore addita sunt, hi scriptores deinceps laudantur, qui excepto Ennio ad unum omnes a Servii memoria prorsus alieni sunt: "Clinias refert", "Ateius asserit", "alii", "alii", "Heraclides ait", "Eratosthenes refert", "Naevius et Ennius tradunt", "Sibylla ita dicit". Omnibus locis pauca de urbis Romae nomine adferuntur a Servianis plane diversa. Praemissa autem sunt haec verba: „sed de origine et conditore urbis diversa a diversis traduntur“. Quare haec omnia, undecumque congesta sunt, Servio intrusa esse dicimus. Neque enim est Servii ad unam rem testandam tam multorum scriptorum verba exhibere. Praeterea locus maxime suspectus est, quia et Clinias et Heraclides nisi hoc solo loco nobis in pleniore commentario obviam non fiunt. — Saepius autem Servium fabulae "rem veram" vel "veram rationem" opponere animadvertis. A. I, 292 aliorum opinionibus traditis haec addit: "vera tamen hoc habet ratio". A. III, 73 Deli origo secundum fabulam narratur; deinde vero his praemissis "veritas vero longe alia est" Servius quemadmodum insula Delos revera orta et quamobrem Ortygia appellata sit, docet laudato Lucano. A. I, 568 Servius paucis de Atrei et Thyestis fabula notissima nos certiores facit. Sed cum in initio haec posuerit: "fabula quidem hoc habet", sub finem addit: "sed veritatis hoc est: Atreum apud Mycenias primum solis eclipsin invenisse, cui invidens frater ex urbe discessit tempore quo eius probata sunt dicta". Ad A. I, 743 Servii rationes optime cognoscimus. Ubi haec leguntur: "Unde hominum genus; si fabulam respicis, a Prometheus intellege, vel a Deucalione et Pyrrha; si autem veritatem requiris, varia est opinio philosophorum. Alii enim de umore dicunt, alii de igni, alii de atomis, alii de quattuor elementis". Servius autem cum Promethei fabulam ad Buc. VI, 42 pluribus verbis narraverit, "haec omnia non sine ratione fingi" dicit. A. III, 113 Hippomenen et Atalanten cursu certasse atque, cum Hippomenes cum Atalante victa "in matris deum luco" concubisset, a dea irata in leones conversos esse legimus. Hanc narrationem, quam fabulosam esse Serviana verba indicant "fabula talis est", Servius ad causas vel a natura vel a ratione repetitas revocare studet, cum "Plinii in naturali historia" testimonio adlato quattuor huius fabulae partes totidem "ideo" particula usus explicet: "ideo autem mater deum curru vehi dicitur" etc.: "ideo sustinetur rotis" etc.: "ideo ei subiugantur leones" etc.: "ideo Corybantes eius ministri finguntur". etc. A. III, 578 Servius quid sentiat, hisce indicat verbis: "Fama est; bene se fabulosam rem dicturus excusat. nam re vera nisi quae de gigantibus legimus, fabulosa acceperimus, ratio non procedit". Accuratissime autem Servium eos locos notasse, quibus voces illae "fama est" etc. sunt, duo alii loci praeterea demonstrant. Nam A. IV, 179 dicit: "ut perhibent; quotienscumque fabulosum aliquid dicit, solet inferre "fama est". mire ergo modo, cum de ipsa fama loqueretur, ait: "ut perhibent"; et A. VI, 14 "dicendo autem Vergilius "ut fama est" ostendit requirendam esse veritatem". Atque Servio quidem allegoricam rationem probatam fuisse, displicuisse rationem fabulosam inde facile colligimus, quod ipse A. I, 15 dicit: "Fertur; dicitur. et ingenti arte Vergilius, ne in rebus fabulosis aperte utatur poetarum licentia, quasi opinionem sequitur et per transitum poeticum utitur more". Increpat autam Servius poetam, siquid de suo nimis fabulose finxisse videatur; nam A. III, 46 dicit: "vituperabile enim est poetam aliquid fingere, quod penitus a veritate discedat". Itaque Servius aut ipse, quid veri in fabulis esset, quaesivit, aut eos potissimum scriptores secutus est, qui fabulas allegorice explicatas narrabant. Quare ut tota Servii ratio cognoscatur, plurima quae praeter tractata extant subicimus exempla. Inducit Servius saepissime fabularum narrationes his verbis: "secundum fabulam" vel "fabulas", "fabula hoc habet", "fabulosum est", "fabula talis est". Illud tamen tenendum est Servium tantum non omnibus locis fabulae modo narratae aliam quandam explicationem, sive ab historia sive a rerum natura sive a sensu sive a philosophia petitam subiungere hisce praemissis verbis: "re vera autem", "ratio autem haec est" etc. Haec autem exempla nobis obviam sunt: A. V, 801 "fert fabula — sed hoc habet ratio; A. V, 864 secundum fabulam — secundum veritatem; A. VI, 134 secundum fabulas — ratio autem haec est;

A. VI, 288 secundum fabulas — re vera autem; A. VII, 190 fabula talis est — hoc autem ideo fingitur, quia etc.; A. VII, 761 omnia ista fabulosa sunt — re vera autem; A. VIII, 190 secundum fabulam — veritas tamen secundum philologos et historicos hoc habet; A. XI, 259 fabula hoc habet — re vera autem constat; G. I, 12 fabula talis est — et ideo dicitur etc. G. II, 389 oscillorum autem variae sunt opiniones. nam alii hanc asserunt fabulam etc. — prudentioribus tamen aliud placet etc". — Nonnumquam autem fit, ut Servius rebus, de quibus agitur, naturaliter vel allegorice explicatis fabulae narrationem in transcurso subiciat: A. VII, 412 de etymo atque origine "Ardea" nominis disserit; deinde haec addit: illud namque Ovidii in metamorphoseon fabulosum est" etc. Buc. II, 31 Servius postquam de Panis nomine disseruit, obiter fabulam his verbis commemorat: "ergo Pan secundum fabulas amasse Syringa nympham dicitur". Denique A. VI, 659 postquam quaesivit, cur et sideri et flumini "Eridanus" nomen inditum sit, veterum opiniones, quas securi fluvium Eridanum vel ad inferos tendere vel apud inferos natum in terras exire dicant, ex fluminis Eridani cursu explicandas esse demonstrat. Qua quaestione soluta fabulam his verbis exponit: "fabula namque haec est etc". Hi fere sunt loci, quibus fabulas nobis tradi voces illae modo memoratae monent. Exstant praeterea complures loci, qui vocibus illis non praemissis fabulas exhibent quibusque in fine haec verba addita sunt: "sed hoc ideo fingitur etc." Ut exemplo utamur, A. IV, 58 Servius egregie de Thesmophoriis disserens hunc facit sermonem: "Legiferae Cereri; leges enim ipsa dicitur invenisse: nam et sacra ipsius thesmophoria vocantur, sed hoc ideo fingitur" etc. Similem rationem, qua Servius verba illa "secundum fabulam" omittens fabulas allegorice explanare studet his praefixis verbis: "ideo hoc fingitur" "adeo omnia ista fabulosa sunt", "non autem incongrue fingitur" etc. hisce locis cognovimus: A. VI, 659. VII, 19. 761. G. III, 268. IV, 150. — Omnia haec supra posita exempla attulimus, unde Servii fabularum narrandarum ratio cognosceretur. Itaque Servium cum ea, quae apud scriptores invenit narrata, rettulisse satis non haberet, unde et quemadmodum fabulae ortae atque qua ratione explicandae essent, ultro quaesivisse videmus. Neque enim vulgi opinionem superstitione secutus auctorum, quos exscripsit, vestigia persecutus est, sed facibus philosophia vel naturae ratione incensis tenebras fabulis obductas illustravit. Quamquam Servium semper constantem fuisse negamus, cum complures loci nobis occurserint, quibus Servius credulitate quadam ductus res atque fabulas, cum nihil de earum origine vel causa disserat, narrare videatur, licet neque plurimis his locis verba illa "dicitur, perhibetur, narratur" desint, quae sermoni interiecta res fabulosas a Servio narrari indicant. At his locis Servii explicatio allegorica sive philosophia non inest. Quod cur Servius fecerit quaerentibus Servius ipse respondet A. I, 297: "Et Maia genitum: Mercurium etc. Cicero in libris de deorum natura plures dicit esse Mercurios: sed in deorum ratione fabulae sequendae sunt, nam veritas ignoratur. En habes Servii rationem minime constantem. Itaque noster ubicumque fieri licuit de fabularum causis et rationibus quaestiones instituit. Fuerunt autem quaedam res imprimis priscae atque vetustae, quarum causas neque ipse cognoscere potuit neque apud auctores, a quibus sua mutuatus est, explanatas invenit. Quos locos numero minores esse locis supra tractatis nemo non sibi persuadebit, qui Servium legerit. Atque ut eam Servii rationem illustremus, pauca adferamus exempla. G. I, 403 Servius haec docet: "noctua" autem est avis lucifuga, quae significat pluviam si cecinerit post solis occasum. de hac autem talis est fabula. Nyctimone postquam cum patre concubuit et agnoverit facinus esse, in silvis se abdidit et lucem refugit, ubi deorum voluntate conversa est in avem, quae pro tanto facinore omnibus avibus est admirationi". Quae fabula nullo alio loco nisi hoc a Servio narrata neque explicatur neque ad naturales, ut ita dicam, rationes revocatur. Eadem ratione Servius, quemadmodum lo a Jove amata in vaccam mutata sit, brevibus refert nulla fabulae addita explanatione (cf. A. VII, 799). Eadem fabula breviter strictimque exposita iterum G. III, 152 narratur praemissis his verbis: "nota antem est fabula". Ex reliquorum quae exstant exemplorum haec attulisse satis sit: A. III, 201. 297. 321. IV, 609. Buc. VI, 74. — Atque ut ea, quae hac quaestiuula effecimus, paucis iterum amplectamur, Servium ab eorum partibus stetisse cognoscimus, qui veterum illa Romanorum superstitione credulitate non imbuti fabulas de diis traditas explanare earumque causas a philosophia vel rerum natura vel historia repetere studerent. Quodsi Servius auxiliis et copiis, quibus utebatur, destitutus interdum a solita ratione recesserit, id eius neque negligentiae neque inscientiae tribuere

poterimus, cum ipse nescio quo loco se aliquid "per antiqueae historiae ignorantiam" explicare posse neget. — At interpolator plane diversam viam ingressus est. Verbosa atque diffusa oratione fabulas superstitiose tradit, cum nihil de origine vel causa earum quaerat aut fabulae "quid veritas habeat" opponat. Atque tres quidem interpolatorum locorum rationes invenimus: interpolator enim aut fabulas refert, quarum in Servio nulla fit mentio, aut fabulas de iisdem diis vel hominibus rebusque traditas prorsus aliter atque Servius enarrat; denique fabulas a Servio contractas atque brevibus prolatas amplificavit et dilatavit, quo facilius intellegentur. Res autem ipsae multis verborum ambagibus et inepta interdum narrandi prolixitate iisdem rebus et argumentis saepe repetitis expositae sunt. Atque ut interpolatorem res a Servii memoria alienas narrare pateat, ad A. I, 430, ubi fabulae nulla datur ansa, interpolator fabulam de Melissa traditam inseruit, in cuius memoriam non casu, sed consulto videtur incidisse. Etenim cum Vergilius, qui nullum de apium origine vel proprietate sermonem fecit, inde a v. 430—436, ut Tyriorum industriam illustraret, apium imagine usus esset, interpolator, qui in copiis suis apium mentionem in Melissae fabula invenerat, interpolandi opportunitate oblata Melissae fabulam Servio obtrusit. Prorsus eadem causa cognoscitur in ea fabula, quam ille ad A. IV, 402, ubi fabulae nullus locus est, de Myrmice puella tradit. Dicit enim Myrmidones a formicis ortos esse. Cum apud Hyginum f. 52 eadem legantur, interpolator inde sua deprompsisse existimandus est. Neque huic fabulae verba, quibus eius ratio vel causa exponeretur, interpolator addidit. Insulse autem et stolide interdum ab interpolatore fabulas Servianis addi hic locus est testis. Ad Buc. V, 48 versum: "Nec calamis solum aequiparas, sed voce magistrum" Servius haec adnotat: "videtur allegoria quasi ad Theocritum et Vergilium respicere"; etc. Quibus interpolator fabulam superstitiose de Calamo narratam inepte addidit. Quid enim Calamus hic sibi velit, plane non perspicitur. Servius eius neque hoc neque ullo alio loco fecit mentionem. Ac tales quidem nugas atque ineptias nostro Servio prorsus indignas esse nostro iure contendimus. Eadem ratio permultis aliis locis cognoscitur, quos omnes perlustrare non modo longum verum etiam supervacaneum videtur esse, cum illa ratio maxime perspicua sit. Transeamus ad alteram interpolatoris rationem, qua ille idem argumentum aliter atque Servius tractavit. A. I, 720 Servius Veneri "Acidaliae" nomen inditum esse dicit, vel quia curas a Graecis ἀξιδας appellatas iniciat, vel quia Gratiae, Veneri sacratae in Acidalio fonte corpus abluant. Praeterea pauca de Gratiis verba facit ad Veneris nomen non pertinentia. Interpolator cum apud auctores suos plura de Veneris nominibus exstare vidisset, data occasione de omnibus Veneris nominibus disputavit et congeriem ex compluribus fortasse auctoribus factam Servianis subiecit. Atque animadvertis, quaeso, quam vulgari sermone inter se componantur quamque male singulae narrationis partes inter se cohaereant, deinde quantus sit numerus auctorum, quorum testimonia ab "alii" vel "quidam tradunt" "quidam dicunt" "dicitur" etc. initium capiunt. Hi enim deinceps laudantur: [Nam Venerem vocari quidam . . . dicunt; alii Suadam appellant etc.; dicitur etiam Obsequens Venus etc.; hanc Itali Postvotam dicunt; dicta est etiam Equestris Venus, dicta et Cloacina etc., dicitur et Myrica etc. dicitur et Salacia etc., quamvis alii hanc Lubiam dicant etc.; alii Mimnermam et Meminiam dicunt etc.; est et Verticordia, est et Militaris Venus, est et Limnesia etc., est et Venus Calva . . quod etc., licet alii Calvam Venerem quasi puram tradant, alii calvam, quod etc.; quidam dicunt etc. ut quidam volunt etc.; apud Ephesios Venerem Automatam dixerunt.] Sequitur fabula de Meliboeae et Alexidis amore narrata, quae rationi minime accommodata est. Atque miramur Servium de viginti Veneris nominibus ab interpolatore allatis nihil referre neque ullo alio commentariorum loco disputare, interpolatorem autem de "Acidalia" nomine prorsus tacere. Neque nos fugit de paucorum tantum nominum etymo vel origine ab hoc disputari, duobus tantum nominibus explanationem longiorem subici. Denique "sane" vox illa interpolatoris propria, quam interpolationis notam esse Thilo (cf. praef. p. XIII) iamdudum statuit, huius loci initio praefixa est. A Servio ista ratio plane abhorret, qui cum duorum vel trium auctorum testimonia haud ita raro componat, ubi complures laudavit auctores, leviter tantum strictimque res tetigit. Saepius autem Servius aliquid "secundum fabulas" narrat, cum singulas fabulas ipsas non exhibeat, ut A. VI, 134. 288. 580, aliis locis. Interdum Servium fabulas diversa ratione explicatas apud auctores invenisse his monemur verbis "nam de his fabulis variae sunt in ipsis auctoribus opiniones",

cf. A. VI, 616; neque tamen varias illas opiniones ubique memoratas invenimus. Paucis tantum locis Servius diversas complurium auctorum sententias exhibet. G. I, 378 fabulam secutus Ovidium et Aesopum narrat; sed cum Ovidii ratio ei displiceat, his verbis pergit: "sed hoc non est valde aptum etc. unde magis Aesopus est sequendus". Videmus igitur Servium ubi complurium scriptorum sententias componat, licet reliquas non semper improbet, tamen unam alteramve probare, ut lectori non sit dubium, a qua parte ille stet. Fabulas notissimas vel iam ante narratas Servius paucis tantum iterum percurrit; cf. Buc. VI, 46. VIII, 47; G. III, 152; A. V, 241. — Sed ut redeamus ad interpolatorem, ille saepe aut data occasione aut ubi Servius tacet fabulam assuit, aut de iisdem fabularum argumentis aliter atque Servius disserit his plerumque praemissis verbis: "est et alia fabula" [A. IV, 484]; cf. [A. III, 466; G. I, 19]; [A. IV, 127 "tamen sunt etiam aliae opiniones"]; [A. III, 551 "est et alias fabulae ordo"; cf. A. III, 321. Buc. X, 18]. Quae verba apud Servium perraro leguntur. Saepe interpolator verba illa "alii dicunt" "alii tradunt" etc. narrationibus suis a Servianis alienis praemittit. Ceterum interpolator constantia quadam has voces "sane fabula talis est" vel omisso "sane" "fabula talis est" praemittit. — Interpolator licet diversissimas res atque sententias protulerit, haud scio an unquam quid ipse sentiat indicat. Atque quam superstitione interpolator fabulas narret et quam non de earum origine vel rationibus quaerat, exemplis infra allatis demonstrabimus. A. III, 321 Polyxenae fabula et a Servio et ab interpolatore sic narratur:

Servius.

Achilles dum circa muros Troiae bellum gereret, Polyxenam visam adamavit et conditione pacis in matrimonium postulavit. Quam cum Troiani fraude promisissent, Paris post Thymbraei Apollinis simulacrum latuit et venientem Achillem ad foedus missa vulneravit sagitta. Tum Achilles moriens pettit, ut devicta Troia ad eius sepulcrum Polyxena immolaretur.

Quantopere hae narrationes inter se discrepant manifestum est. Si id quod de Achillis amore narratur exceperis, ab utroque plane diversa prolatam esse tibi persuadebis. Quae Servius narrat Achillem, ut Polyxenam foedere facto in matrimonium acciperet, cum ad Apollinis simulacrum venisset, interemptum esse, ea ab interpolatore omissa sunt. Atque animadvertis, quo modo, Servii narrationem non abhorre a simili veri, interpolatoris autem narrationem excedere rem atque modum. Quare facere non possumus, quin utramque fabulae narrationem ab eadem manu scriptam esse negemus. — Denique eam interpolatoris rationem commemoramus, qua Servianis sua nec praemisit nec subiecit, sed Serviani sermonis tenori immiscuit. Atque interpolatorem quidem saepe artificiose egisse non infitiamur, cum verba eius saepissime ita sint comparata, ut supplementis et omissionis et adiectis plenus efficiatur sensus. Id autem interpolator imprimis operam dedit, ut Servii sermonem amplificaret vel Servium ipsum explicaret. Exemplo sit A. III, 113, ubi de Atalante haec fabula traditur: "Schoenos civitas est. exinde fuit virgo Atalante, [Schoenei filia], praepotens cursu, adeo, ut, [cum resonsum accepisset, se post nuptias, ut quidam volunt, interituram, ut quidam vero, in naturam aliam commutandam,] sponsos provocatos ac victos occideret. postea Hippomenes Venerem ut sibi [in eo certamine] adesset rogavit: a qua cum accepisset de horto Hesperidum tria mala aurea, provocavit puellam ad cursum et [cum se videret posse superari,] singula coepit iacere. tunc Atalante, cupiditate colligendorum malorum retenta, superata est. Sed Hippomenes potitus victoria, [cum gratiam Veneri vel oblitus esset, vel neglexisset referre, impulsu eius] in luco matris deum amoris impatientia cum victa concubuit etc." Fabula simillima est nostrae fabulae, quae de Brunhilda narratur. Magna inter utramque fabulae narrationem discrepancia inde oritur, quod Atalante Servio teste ferocitate quadam mota atque robore freta, interpolatore autem teste oraculi responso ex nuptiis mortem futuram canente incitata procos provocatos occidit. Oraculi responsum Servius non commemorat. Quae interpolator obtrusus [in eo certamine], ea sine sensu incommmodo omitti possunt. Nec bene interpolator addidit: [cum se videret


Interpolator.

Cum Graeci victores in patriam vellent reverti, ex tumulo Achillis vox dicitur audita querentis, quod sibi soli de praeda nihil impertivissent. de qua re consultus Calchas cecinit Polyxenam, Priami filiam, quam vivus Achilles dilexerat, eius debere manibus immolari; quae cum admota tumulo Achillis occidenda esset, manu Pyrri aequanimiter mortem dicitur suscepisse etc.

posse superari]. Hippomenem enim, nisi se ab Atalante superari posse iam antea sensisset, Veneris auxilium non imploraturum fuisse existimamus. Denique nemo non videt, quam male verba [“Veneris impulsu”] cum “amoris impatientia” concinant. Quare verba uncinis inclusa ab interpolatore quodam, non a Servio scripta esse nostro iure concludimus.

Haec habui, quae de emblematum Servio obtrusorum generibus atque de Servii scriptorum laudandorum ratione promerem. Quae licet nimis pusilla atque levidensia sint, tamen ad Thilonis de interpolatore prolatam et saepe commemoratam sententiam aliqua ex parte confirmandam valere existimo.





cf. A. VI, 616
tantum locis S
secutus Ovidi
“sed hoc non
Servium ubi c
tamen unam a
notissimas vel
VIII, 47; G. III
occasione aut
atque Servius
cf. [A. III, 466]
et alias fabula
leguntur. Saep
Servianis alieni
talis est” vel o
res atque sente
superstitiose in
exemplis infra a
polatore sic na

Achilles dum
gereret, Polyxe
conditione pacis
Quam cum Tri
Paris post Thyn
latuit et venier
missa vulneravi
moriens petiit,
sepulcrum Polyx

Quantop
de Achillis am
persuadebis. Qu
acciperet, cum a
omissa sunt. At
interpolatoris aut
quin utramque fa
eam interpolatoris
sed Serviani ser
egisse non infinita
omissis et adiecti
ut Servii sermon
ubi de Atalante
[Schoenei filia], p
ut quidam volunt,
provocatos ac vi
adesset rogavit: a
puellam ad cursus
cupiditate colligend
[cum gratiam Ven
deum amoris inpat
de Brunhilda narrati
Atalante Servio teste ferocitate quadam mota atque robore freta, interpolatore autem teste
oraculi responso ex nuptiis mortem futuram canente incitata procos provocatos occidit.
Oraculi responsum Servius non commemorat. Quae interpolator obtrusit [in eo certamine],
ea sine sensus incommmodo omitti possunt. Nec bene interpolator addidit: [cum se videret

© The Tiffen Company 2007

TIFFEN® Gray Scale



es ubique memoratas invenimus. Paucis
um sententias exhibet. G. I, 378 fabulam
vidii ratio ei displiceat, his verbis pergit:
“esopus est sequendus”. Videmus igitur
iponat, licet reliquas non semper improbet,
et dubium, a qua parte ille stet. Fabulas
tantum iterum percurrit; cf. Buc. VI, 46.
us ad interpolatorem, ille saepe aut data
ut de iisdem fabularum argumentis aliter
verbis: “est et alia fabula” [A. IV, 484];
“etiam aliae opiniones”]; [A. III, 551 “est
8]. Quae verba apud Servium perraro
“alii tradunt” etc. narrationibus suis a
constantia quadam has voces “sane fabula
mittit. — Interpolator licet diversissimas
n quid ipse sentiat indicat. Atque quam
de earum origine vel rationibus quaerat,
olyxenae fabula et a Servio et ab inter-

Interpolator.

Cum Graeci victores in patriam vellent
erti, ex tumulo Achillis vox dicitur audita
rentis, quod sibi soli de praeda nihil
ertivissent. de qua re consultus Calchas
nit Polyxenam, Priami filiam, quam vivus
illes dilexerat, eius debere manibus
olari; quae cum admota tumulo Achillis
denda esset, manu Pyrrhi aequanimiter
em dicitur suscepisse etc.

repent manifestum est. Si id quod
te plane diversa prolatu esse tibi
xenam foedere facto in matrimonium
iteremptum esse, ea ab interpolatore
rationem non abhorrere a simili veri,
modum. Quare facere non possumus,
scriptam esse negemus. — Denique
vianis sua nec praemisit nec subiecit,
terpolatorem quidem saepe artificiose
a sint comparata, ut supplementis et
n interpolator imprimis operam dedit,
explicaret. Exemplo sit A. III, 113,
vitas est. exinde fuit virgo Atalante,
sponsum accepisset, se post nuptias,
turam aliam commutandam,] sponsos

Venerem ut sibi [in eo certamine]
speridum tria mala aurea, provocavit
] singula coepit iacere. tunc Atalante,
t. Sed Hippomenes potitus victoria,
referre, impulsu eius] in luco matris
ula simillima est nostrae fabulae, quae
discrepantia inde oritur, quod
Atalante Servio teste ferocitate quadam mota atque robore freta, interpolatore autem teste
oraculi responso ex nuptiis mortem futuram canente incitata procos provocatos occidit.
Oraculi responsum Servius non commemorat. Quae interpolator obtrusit [in eo certamine],
ea sine sensus incommodo omitti possunt. Nec bene interpolator addidit: [cum se videret